Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35426
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

vellet occultare. cum timeret
secari. nonne crudeliter abs
te sileretur. et misericorditer indi
caretur. Quanto ergo eum potius
debes manifestare. ne
perniciosius putrescat in cor
de. Si crudelis est. qui vul
nus in corpore fratris celat. multo
magis crudelis est. qui peccati vul
nus in anima non indicat. et reus illius
existit mortis. quem tacendo
pere permittit. Sicut enim ille ex o
pere: ita iste condempnatur ex
taciturnitate. Et si is crude
lis est. qui culpam non detegit. econ(tra)
ille misericors est qui eam non ab
scondit. Nec maiorem potest
agere misericordiam. erga miserum.
quam perituri prestare vitam. Mag
na quippe illi merces ab omni
potenti deo debetur. a quo dictum
est. Beati misericordes. quoniam ipsi
misericordiam consequentur. Et iacobus

ait. Qui converti fecerit peccatorem
ab errore vie sue. salua
bit animam eius a morte. et operit
multitudinem peccatorum. Tu a. Re.
Quo autem ordine culpa debeat
demonstrari. ostenditur cum subiun
Sed antequam aliis dem gitur.
ostretur. per quos convincendus est. si
negaverit. prius preposito debet
ostendi. si admonitus neglexe
rit corrigi. ne forte possit
secretius correctus non innotes
Culpa cum de cere ceteris.
culpe committitur. ab illis fratribus
qui eiusdem culpe conscii sunt. is
qui deliquit frater. secreto debet
corripi. Quos si neglexe
rit audire. priori monasterii
debet indicari. ut ipse scilicet
secrete corrigat. quatinus cul
pa que adhuc latens est cum
forte secretius potest corrigi.
non omnibus innotescat. Si autem